



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Regale Sacerdotivm

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1615

Cap. 14. Sacerdotes sobrij sint.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54698](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54698)

gnus ille Mosaicæ legis æmulator, Sacerdos erat Quis zelus  
& Sacerdotis tum filius tum nepos : atque ita ze- Sacerdoti  
lus Sacerdoti bonus & utilis est, ne ita torpescat necessarius  
& præ segnitie & negligentia stertat aut tepeat;  
fatus namque est vnus aut duorum damnatione  
plures salutem nancisci, quam vt in duorum sal-  
uatione plures damnationis periculum adeant:  
Hancigitur lectionem retinete Sacerdotes, in  
munijs vestris estote diligentes & gnauj, inque  
officijs zelum & ardorem ostendite, & paucis vt  
complectar, honoris diuini & salutis animarum  
vos amatores æmulatoresque ostendite.

DE EXTERIORIBVS SACER-  
DOTVM DOTIBVS.  
CAPVT XIII.

*Sacerdotes sobrii sint.*

Apostolus

Magnus Apostolus Paulus Romanos allocu- ad sobrie-  
tus, hac eos oratione ad sobrietatem ad- tatem suos  
hortatus est, *fratres, abijciamus opera tenebrarum adhorta-  
& induamur arma lucis, sicut in die honestè ambule- tur.  
mus, non in comestationibus & ebrietatibus, non in Rom. 13  
cubilibus & impudicijs, non in contentione & æ-  
mulatione.* Crediderim Apostolicam hanc paræ-  
nesin Sacerdotes imprimis concernere, atque ad  
illos potissimum comestationum & ebrietatum  
fugam, vitiorum repudium, dissolutionum vale-  
dictionem, & sinceram vitæ honestatem spe-  
ctare.

Quin & idem Doctor, alio in loco eadem Rom. 14.  
Regnum  
inculcans, ait, *Non est DEI regnum esca & Dei non sit  
potus; sed iustitia pax, & gaudium Spiritus.* tum est in  
Sacerdotibus hic loqui videtur & dicere, si epulis.  
regni

regni caelestis compotes esse velint, nefas esse gulæ & ebrietati indulgere, sed iustitiam sequi, & virtutis tramitem consecrari debere, si vero interdum laxandæ habentæ sint, & largius nonnumquam viuendum, modestè id & sancta quædam lætitiâ permista fieri oportere.

Sacerdotes  
sobrii &  
vigilantes  
dæmoni  
resistunt,  
1. Pet. 5.

*Fratres sobrii*, ait Apostolorum Primas, *estote & vigilate, quia aduersarius vester diabolus, tanquam leo rugiens circuit quærens quem deuoret, cui resistite fortes in fide.* Quibus verbis primigenius Christianos admonere voluit, vigilas & sobrietatem vnicam aduersario resistendi rationem esse, & Sacerdotes hæc usurpantes, de hoc inimico triumphum agere ac victoriam cum honore referre.

4. ad Herẽ,  
Ciceronis  
gnoma.

Gentilis Cicero suos ad sobrietatem adhortari cupiens aiebat, *Esse oportet vt viuas, non viuere vt edas.* Sacerdotibus hoc nostris inclamare possum, qui omnem virtutem perosi, & ventris imperia, non aliam ob causam in mundo videtur viuere, quàm vt ventrem inferciant, & per eundem ritum cibis se distendant.

Hom. 87.  
Sobrietas  
virtutum  
parens.

Ipse vero Origenes Christianis loquens, sobrietatem omnium virtutum matrem esse asserit, sicut è contrario ebrietatem omnium vitiorum originem. E quo infero Sacerdotem & religiosum qui sobrietatem consecratur, virtutum seminarium esse, è contra vero qui ventri seruit, & ingenio liberaliùs indulget, vitiorum cloacam & sentinam.

Ecl. 31.  
Sanitatem  
causatur  
obreta s.

Inter ceteras Sapientis gnomas non postremum illa locum occupat, *Sanitas est anima, & corporis sobrius potus.* Quo ostendere cupio, Ecclesiasticos qui honestè comedunt & bibunt, corpori sanitati haud parum prodesse; è contra vero qui

excedunt & largius epulantur, sanitatem, honorem, & famam huius vitæ prodigere ac pessundare.

Igitur, inquit Gentium doctor, non dormiamus, Paulus sobrius & ceteri, sed vigilemus & sobrii simus. Huiusmodi vitam vivere, vestrum est, religiosi, non docet stertere, non indormiscere, at noctu vigilare, & 1. Thess. 5. in omni vita vestra sobrietatem sectari.

Oportet, ait idem Timotheo suo scribens, Episcopum irreprehensibilem esse, vnius uxoris virum, sobrium, prudentem. Nec Episcopis solum aut Prælati, sed omnibus in genere Sacerdotibus sobrietas imprimis necessaria est; & quemadmodum luxuria & luxus religiosum cumprimis dedecet, ita & gula & ingluuies.

Tu verò, eundem monens Timotheum Apostolus ait, vigila, in omnibus labora, opus fac Evangeliste, ministerium tuum imple, sobrius esto. Vobis hæc dicta puto, Religiosi, vobisque iam quotidie infusurrari, quæ olim dilecto suo Timotheo Paulus perscripsit, Sacerdotes vigilate, in omnibus gnauiter laborate, opus facite Ecclesiasticorum, ministerium vestrum implete, atque imprimis sobrietatem sectamini.

Magnus quoque Cato dicere solebat, Tantum cibi & potionis adhibendum est, vt resciantur vires, non opprimantur. Digna auctore suo sententia, quam vt materiæ adaptem meæ, dico non amplius bibere, aut comedere religiosum debere, quam ad corporis alimentum sustentationemq; necessarium sit, non verò vt corporis sanitas violetur aut opprimatur. Et sanè quicumque modestiam in victu moderationemque adhibet, vires & corpus fouet; at qui in cibo potuue excedit, easdem perdit ac destruit.

Scriptis

1. Tim. 3.  
Sobrietas  
Sacerdoti-  
bus neces-  
saria.  
2. Tim. 4.  
Timotheo  
sobrietate  
Apostolus  
suadet.

Catonis  
gnoma.  
Cato maior.

3. *Tuscul.* Scripsit in Tusculanis quaestionibus Tullius fieri non posse, ut mente quis & ratione recte ver-  
 Sine sobri- tur, animæque vires debito loco & tempore  
 etate ho- erceat, cibo multo ac potione distentus. Sobri-  
 mo mentis tatem gentilis hic, Sacerdotes, adeo necessariam  
 inops. iudicabat, ut sine illa neminem ratione uti pos-  
 se crederet; credebat siquidē, uti & equidem cre-  
 do, hominem sine temperantia non hominem  
 sed bestiam esse.

*Epist.* 114. In eandem rem magnus Seneca scripsit, ven-  
 trem bene moratum, & temperantiæ affluentem  
 magnam ac potissimam libertatis hominum par-  
 tem esse. Dicere volebat, & ipse cum illo, sobri-  
 um verè liberum esse; ebrium verò & crapula  
 distentum seruum, mancipium, pecudem, ac liber-  
 tatis, rationis & mentis expertem.

*Sobrietas* Quam diuinam in hanc rem sententiam in  
*nostræ li-* Phædro suo habet Plato? *Temperantiæ officium est*  
*bertatis* *nequaquam prostertere se libidinibus, & moderatam*  
*pars.* *seruare. Itaque ijs conuenit qui corpus deserviunt, & in Philosophia viuunt. Barbarum hunc ad-*  
 ite. dicere vult, sobrietatis officium ac partes di-  
 se, voluptatibus resistere, vitam moderari, atque  
 hoc solum conuenire ijs qui carni dominantur  
 & iuxta Philosophiæ statuta vitam instituunt.

*Democritus.* Dicere quoque Democritus Philosophus so-  
*Fortuna* lebat, Mensam sumptuosam & lautam à fortuna,  
*mensam* frugalem verò & temperatam à temperanti-  
*sumptuo-* instrui. Dicere volebat, Sacerdotes, lautè viuere  
*sam, fruga-* & opiparè mensam instruere, à fortunæ largitate  
*lem sobri-* proficisci, at honestè contentum viuere, & inter  
*etas insti-* mediocritatis limites consistere, temperantiam  
*tuit.* spirare.

Socrates cuidam sciscitanti quis esset ditissimus, respondit, qui paucissimis contentus est. *Socrates.*  
 iuxta Philosophi huius mentem, persuadeatis vobis velim, Religiosi, si sobrij sitis, omnium mortalium vos esse ditissimos.

Menander Græcus Comicus, frugalitatem esse dixit paupertatem voluntariam. Cum igitur in Evangelio beati habeantur pauperes spontanei, & sobrij tales haud dubiè sint; sequitur haud dubiè, sobrios & paruo contentos beatos esse, è contra verò infelices & miseros, qui quotidie genio indulgent & belluino more se equalis inferciunt.

*Sobrietàs voluntaria paupertas.*  
*Menander.*

Prophetarum nos docent oracula, *Ecclesia* *Minæ ad-*  
*Principes qui delicijs affluunt, & inter epulas lasciviosos*  
*masq; conivales pudicitiam servare se posse sperant, sumptuosè*  
*aliquando è domibus spatiosis ac laqueatis pellen-*  
*dos, & conivijis sumptuosis arcendos, & si vis* *Mich. 2.*  
*scire; quò ob vitam improbè altam conijciendi sint, S. Hieron,*  
*lege Evangelium, in tenebras exteriores, ubi erit ad. 2. Mich.*  
*stridor dentium. Dispicite vobiscum, Præ. dist. 35. c.*  
*foles, hæc ne vobis calamitas accidat, men-*  
*fasque exquisitas deserentes, honestè vitam*  
*traducite, ac mediocritatem sectemini, mensam-*  
*que communem.*

An non confusio ei ignominia est, exclamiat Hieronymus, *Sacerdotes*  
*lesum crucifixum magistrum pauperem, Christi ex-*  
*aque esurientem farsis prædicare corporibus, ieiun-*  
*morumque doctrinam rubentes buccas, tumentiaque*  
*ora proferre? si in Apostolorum loco sumus, non so-*  
*brion sermonè eorù imitemur, sed conversationè quoq; Ibid.*  
*& abstinentiã amplectamur. Omnibus his edocere*  
*Sacerdotes, voluit, sobrios, vos paruo cõtètos, id-*  
*que Christi Domini, qui paupertatem in vniuersa*  
*vita ratione ostendit, exemplo, esse debere.*

Quo-

**Sacerdos exemplum sit sobrietatis.** Quoniam verò, ait Theodoretus, Sacerdos speculum & imago esse debet temperantiæ, ne quantum honor illius & dignitas iacturam patiat, neminique sinistrè loquendi calumniandique occasionem præbeat, idè iubet Apostolus, ministrum Dei testimonium bonum habere ab ijs qui foris sunt, vt non in opprobrium incidat, & in laqueum diaboli. Dicere vult Sacerdotem temperanter ac sobriè viuere debere, itaque vitam ordinare, vt & externi luculentum de vitæ eius honestate testimonium ferre possint.

**Sacerdos sobrius sit quando orare & sacrificare vclit.** Hunc etiam scopum feriens Cyrillus ait, in sacris litteris Sacerdotes sobrii esse iubentur, cum illorum sit, sacris altaribus vbi accesserint, pro vniuerso populo deprecari, proque omnium flagitijs apud Deum intercedere; cumque nullam in terra portionem habeant, Deum in sortem habere. Vult igitur illos, quorum Deus portio & fors est, sobrios esse, in victu modestos & nullo non tempore vigilare, atque imprimis cum sacrificandum est, & diuinæ maiestati ad aras victima immolanda. Sobrietas enim omnium virtutum mater est, sicut è contrario, ebrietas virtutum. Insigne profectò documentum, quo edocimini, Sacerdotes, esse vobis sobrietatem necessariam, habenasque contrahendas, cum aut Deo orandus, aut altare accedendum, Sacramenta ministranda, sacrificiaque iam offerenda.

**Lib. de consuetudine vitiorum. Sacerdos ad cibum vt ad medicinam accedat.**

Amplius verò habet Augustinus dicens, sicut æger ad medicinam, sic ad sumendas dapes debet Sacerdos accedere, nequaquam scilicet in illius voluptatem appetens, sed necessitati succurrens. Is verò laudari meretur, in gluiemque superflua dicendus, qui in cibo potuque non hanc modicam frugalitatem modestiamque adhibet, vt scilicet

numquam nisi dum fuerit necesse, cibum sumat; at qui ad ipsum vsque virtutis fastigium pertinens cibos rarioresexquisitosque despicit, nisi dum aut hospites lautius solito tractandi, aut corpus ægritudine debilitatum hoc modo restaurandum. Hoc notate, Sacerdotes & Religiosi, culinam vestram reformate, vivite Christiano ac debito modo, vivite honestè, vivite ut corpus hoc debite sustentetur, non verò ut nimijs id dapibus distendatur.

Oportet, inquiunt duo magna Concilia, & *Concil.* Sanctus quidam Pontifex, moderatis epulis contentum esse Sacerdotem, mensamque instruere communem & frugalem, non cogere invitatos ad cibos largius famendos, aut ad bibendum hilarius, sed omnibus exemplum esse temperantiæ: atque ideo omnem scandali, improbitatis, dissolutionisq; occasionem mensis suis excludat: non hic audiantur detractoria cognomina, non lubricæ narrationes, non mimica hic agantur aut histrionica; sed pauperes & peregrini huc admittantur, ægri hic reficiantur, ut Christum benedicentes, benedictionem à Sacerdotali mensa recipiant. Hinc concludendum est, Ecclesiasticos in mensa reformatos & modestos esse, mediocritatem in epulis sectari, omnemq; dissolutionem & crapulam procul eliminare debere.

Sic apposita quaque, inquit Hieronymus, *lib. Epist. ad Nepotianum Presbyter, ut & superstitionem superaret, & continentiam servaret.* Egregium omnibus exemplum Sacerdotibus, eos, dum ad epulas vocati sunt & cum alijs mensæ interfunt, temperantiam sectari debere, non verò superstitiosè ab aliquibus cibis abstinere, & nescio quos aulicos sectari.

Sacerdos non sit in mensa superstitiosus.

S

Dixit sus

*In reg. bre-  
uiar. inter-  
rog. 116.*

**Sacerdos  
comedat  
vt vires ad  
Deo serui-  
endum ha-  
beat.**

**Sacerdotes  
maiozem  
animæ  
quàm cor-  
poris ra-  
tionem ha-  
beant.**

*Ad fratres  
de monte  
Dei.*

*In Regul.*  
**Cibus cor-  
poris fo-  
mentum.**

**Gula nox-  
ia vtilis so-  
brietas.**

Dixit olim Basilius, ad honorem Dei com-  
edendum esse: is porrò ad Dei gloriam bibit et  
comedit, qui diuinorum beneficiorum memor  
non tanquam omnino securus manducat, sed  
qui inspectorè habet Deum. Cumq; refectione lu-  
mere studet, cogitet se non voluptatis causa, ve-  
lut ventris mancipiũ comedere, sed vt Iesu Chri-  
sti operariũ, vt ita vires foueat & nouas acquirat,  
quo ita diuinæ voluntati satisficiat, eiusq; man-  
data obseruet. O sublimis Sacerdotibus Philoso-  
phia! hinc vt discant, non esse comedendum vt  
ita voluptati satisficiant, sed vt vires sibi parent,  
quibus Deo grauius & feruentius seruiant.

Inter documenta quæ S. Bernardus Religiosis  
in montibus commorantibus dabat, non postre-  
mum hoc locum occupat, *Nequaquam totus in ma-*  
*duces; sed corpore tuo suam refectionem procurante,*  
*mens suam non negligat.* Egregium pro omnibus in  
genere Sacerdotibus documentũ, vt hinc discant  
maiozem animæ nutricandæ quàm corporis alen-  
di rationem habere, & gulã ventremq; refrænare.  
Monuit olim Basilius cauendum esse, ne dum  
corpus esca reficimus, damnum ei aliquod inferi-  
mus; quod sæpe fit dum nimis illud cibis inferi-  
mus ac distendimus. neq; enim cohærere aut ra-  
tionem consentaneum esse, vt cum tuendi corporis  
causa escas sumimus, per easdem ipsas ei rursum  
bellum inferamus, impediendo scilicet ne diui-  
nis parère præceptis possit, & functiones sacræ  
debitè riteq; peragere. Hoc cogitatis velim Sa-  
cerdotes, ac videte, ne cibos, qui ad sustentatio-  
nem corporis inuenti datiq; sunt, ad eiusdem no-  
cumentum ruinamq; adhibeatis.

Atq; vt gula & ingluuies multorum malorum  
morborumque causa sunt, ita sobrietas & tem-  
perantia

perantia magna offerre bona solent. Quin refert Hieronymus, Legimus enim quosdā articulari morbo & podagra humoribus laborantes, proscriptione consec. c. Le. bonorū ad simplicē mensā & pauperes cibos redactos, gimus. conualuisse. Quibus verbis edocet, Ecclesiastici, nihil esse crapula & cibi nimietate exitiosius, sobri- tate verò victusq; moderatione iucundius ac sa- lutaris. Atq; in hanc rē magnū audiamus Grego- rii, dicentē, tunc Sacerdotū mensæ verè charita- re condiuntur, cum in illis nulla absentiu vita mor- detur, nullus ex irrisione reprehēditur & nō inanes in- eis seculariū negotiorū fabula, sed verba lectionis sa- cie audiuntur, iisq; veitit condimento lectissimū Quales condiuntur, cum non plus quam necesse est seruitur esse debe- corpori, sed sola eius infirmitas reficitur, vt ad vsum at Sacer- exercende virtutis habeatur. dotum mensa.

Nihil vilitatis, nihil immodestia admittit Sacer- dotum conuiuium, ait Tertullianus, sed meram ho- nestatem & modestiam. Non prius disrumpitur, quam oratio ad Deum prægusetur, editur quantum Sacerdo- esurientes capiunt, bibitur quantum pudicis est vtile. tum con- Denique ita saturantur, vt qui meminerint, Deum uiuia mo- etiam per noctem esse adorandum; ita fabulantur vt desta sint. qui sciant Dominum audire. Hoc vos pacto vitam In Apolog. instituite Sacerdotes, talis vestra sit agendi lo- c. 39. quendi que ratio, atque ita ad primitiæ Ecclesiæ morem quā proximè accedatis.

Inter ceteras Religiosorum suorū regulas Basi- In regul. lius hanc eis quo ad mensam præscripsit, Adhiben- Sacerdo- dam mensa necessariò vbiq; munditia est, atq; ele- tum men- gantia, ita vt nusquam extra fines nostros egredia- sæ honestæ sint. mur. Ostendit magis ille doctor, elegantiam atque munditiem omnibus, sed imprimis Sacer- Epist. 2. ad dotibus, in mensa adhibendam esse. Nepotian.

Amplius quin etiam habet Hieronymus, vultq; Sacer-

Fugiant  
Magua-  
tum men-  
sas Sacer-  
dotes.

Sacerdotes, quàm maximè fieri potest, sæculari-  
um conuiuia, mensasque Magnatum fugere &  
nec eosdem inuitare, *Turpe enim est, inquit, ante  
fores Sacerdotis Christi crucifixi & pauperis, & qui  
cibo quoq; vesceretur alieno, lictores consulum & mi-  
lites excubare, iudicemq; Prouincia melius apud te  
prandere quàm in palatio.* Luculentum vobis hoc  
documentum est, Sacerdotes, vocationi vestra  
minimè consentaneum esse, tot magnatibus para-  
re conuiuia, & toties apud vos victam sumat  
culinam ab exquisitis ferculis reidentem.

*Ibid.*  
Sacerdos  
consolator  
fit seculari-  
um non  
conuiuia.

*Consolatores nos potius, inquit Hieronymus, in  
meroribus suis quàm conuiuas in prosperis nouerint  
sæculares: certum namque est, Ecclesiasticum bre-  
ui contemni ac vilipendi, qui sæpe ad epulas inui-  
tatus sæculariũ, eorum commercia nõ subterfu-  
git, vnde inferre sanctus Doctor vult, bonorum  
Sacerdotum esse, sæcularibus potius, in tribula-  
tionibus, ad eorum consolationem, succurrere,  
quàm eosdem conuiuas habere.*

*Ibid.*  
Sacerdos  
victum &  
vestitum  
habens  
contentus  
fit.

Idem quoque alibi sed eodem sensu, licet non  
eisdem verbis ait, si Domini pars sum, & eius  
successionis spes, aliamque inter ceteras tri-  
bus hereditatem non exoptem, decimis, Sa-  
cerdotis & Leuitæ instar, dumtaxat victitans,  
eiusque altari deseruiens non nisi oblati su-  
stenter; habens victum & vestitum his con-  
tentus ero, & nudam crucem nudus sequar.  
Egregium hoc documentum: sequere anima mea  
cumq; tibi ad victum vestitumque necessaria sus-  
fecerint, omnem sæcularem affectum exue, ni-  
hilque amplius in mundo concupisce.

Sacerdotis  
supellex  
modesta  
fit.

Post singulares hosce Patres, prodeat iam  
communis omniũ vox in concilijs prolata, *vilem  
supellectilem* (ait conciliũ Carthaginense quartum)

ac victum pauperem habeat Sacerdos, dignitatibusq; largitorem meritis vitæ fideliter querat. Pudeat igitur sacerdotes illos, qui sub auratis dormiunt papilionibus, byssinis cooperiuntur tapetibus, & non nisi argenteis in mensa vasis vtuntur.

Concilij huius auctoritatē vsurpans ius Canonicum ait, sancta synodus non solum iubet, vt Episcopi & Sacerdotes, modesta supellectili ac mensa, ac frugali victu contenti sint, verum etiam in reliqua vite, & tota sua domo. Illi vero sanctas hæc constitutiones prætergrediuntur, qui in familiis tantam magnificentiam ostentant, omnesq; modestiæ terminos transgressi, non nisi dissolutionem & epulas consecantur, quorumque culinæ & penuria Principum ac magnatum domibus non concederent.

Sacerdotum vita frugalis sit. Dist. 41. c. Episcopus.

Epist. 2.

Pœnitentiæ illud speculum Hieronymus scripsit ad Nepotianum suum, Sacerdotem qui delicias sectatur & in epulis voluptates ambit, à cælorum cælo recedere, ac damnationis æternæ viam intrahunt. Dum delicias sectamur, à regno cælorum retrahimur. Ne igitur, Sacerdotes, à regno cælorum excidatis, delicias nolite ambire.

Sacerdotes à cælorum cælo recedere, ac damnationis æternæ viam intrahunt.

Orat. 6. de

Abscindamus, ait Magnus Basilius, à nobis eos cibos qui impugnare possunt, tum verò etiam calidos, ne oleum flammæ adhiçiamus: fugiamus etiam delicatiores, & simplicioribus contenti viuamus. Illi verò sancti Patris consilia negligunt, qui non nisi condimenta querunt, piper, carya mystica, aliaq; aromata calida cõsestatur, cûq; in se ipsis internè non parû exstuent, artificialè quoq; & parariû ardorem vltro arcessant quæ huiusmodi cibi causatur.

ieiun & climac. grad. 14. Sacerdos cibos calidos fugias. Cclida Canonici modeste viuant. C. 14.

Canonicorum mensa, ait concilium Hildesheimense, sit frugalis, & de cibis simplicibus, non nimis delicatis, nec nimis grossis; sed medio temperatis

hoc quippe ad corporis sanitatem non parum conducit. Sanctis hisce decretis insistentes Sacerdotes, modestiam & frugalitatem in victu præferant, dissolutiones porro & comestationem fugiant, nec rationis limites transhiant.

*Ad frat. de monte Dei. Delicati cibi non quærendi.*

Hinc de sobrietate sermoni finem imponens Bernardus ait, *De condimentis sufficiat obsecro, ut comestibiles fiant cibi nostri, non etiam concupiscibiles vel delectabiles.* Hoc vobis norma sit Sacerdotes, curiosa relinquite, sobrietatem sectemini, delicias fugite conuiuia deserite, epulas, & mensas regificas auersemini, culinas vncas deijcite, & mediocritatem & temperantiam debitam, quotidianamque in mensa ostendite.

## CAPVT XV.

*Sacerdotes ieiunent, & cilicium gestent.*

*Ieiunij encomia.*

*Basil. homij. in di. ieiunio.*

**Q**uotquot de ieiunio scripsere, luculenta illi encomia epithetaque dederunt; est enim ieiunium, animæ optima custodia, corporis habitatio secunda, fortibus viris munimentum & arma, sanctorum militum clypeus, athletarum & certantium exercitatio: dixerunt ieiunio tentationes fugari, ad pietatem mentem excitari, sobrietatis id comitem esse, temperantiæ magistratum; per ieiunium in pace quietem, in conspectu & bellis fortitudinem dari; per ieiunium denique Nazarenos sanctificari, Christianos illustrari, Sacerdotes perfici, ac sine ipso nefas esse ad sacrificium accedere. Atque hinc efficere volo, tunc Sacerdotes & perfectos & beatos esse, cum ieiunio membra domant, sanctaque se macerant abstinentia.

*Ieiunij effectus.*

*Ieiunium, ut ait S. Augustinus sermone de ieiunio, purgat mentem, subleuat sensum, carnem spiritui subijcit, cor facit contritum & humiliatum, concupiscetia praua nebulam dispellit, libidinis formam*